Seneca. Si ista duo nomina meum et tuum tollerentur de medio, omnia essent quieta.

A. Petite et dabitur uobis querite et inuenietis pulsate et aperietur uobis. In rogationibus

aeuia. A. Omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur aeuia.

A. Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto magis pater

uester de celo dabit bona petentibus se aeuia. Dom. p. a. post oct. pasche.

Ad vesp. R. Audiui uoces in celo. In v. Aeuia aeuia. P. Venite exultemus.

R. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo o ae uia. V. Parce domine parce populo tuo o quem redemisti xpiste. In sanguine tuo o ae

R. Ego sicut uitis fructificaui suauitatem odoris aeuia transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generationibus meis adimplemini aeuia aeuia.

V. Ego diligentes me diligo et qui mane uigilauerint ad me inuenient me. Transite

R. Audiui uocem de celo tamquam uocem tonitrui magni aeuia regnabit deus noster in eternum aeuia quia facta est salus et uirtus et potestas xpi eius aeuia ae uia. V. Vidi angelum dei fortem uolantem per medium celi

R. Resurrexit dns aeuia aeuia. V. Sic dixit uobis alla alla. Voce magna clamantem et dicentem. Regi.

R. Locutus est ad me unus ex septem angelis dicens ueni ostendam tibi nouam nuptam sponsam agni et uidi ierusalem descendentem de celo ornatam monilibus suis aeuia ae uia. V. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et

R. Audiui uoces in celo angelorum multorum dicentium. Altum. Audiui. V. Ego dilig. Timete dominum et date claritatem illi et adorate eum qui fecit celum et terram mare et fontes aquarum aeuia ae uia. V. Vidi angelum dei fortem uolantem per medium celi uoce magna clamantem et dicentem. Timete.

R. Decantabat populus in israhel aeuia et uniuersa multitudo iacob canebant legitime et dauid cum cantoribus cytharam percutiebat in domo domini et laudes deo canebant aeuia ae uia. V. Moyses et aaron in sacerdotibus eius et samuel inter eos. Et dauid.

Matrimonium dicitur q. matris munium officium

Seneca. Sic cum [illegible]

Crisost. occultum peccatum in publico arguere non est corripere sed diffamare.

psal. LII Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam deus spreuit illos.

ad Gal. I cap. Si adhuc hominibus placerem seruus dei non essem.

Bernhard. Detractor et libens auditor detractoris portat diabolum, hic in [illegible] illo in lingua.